



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

42. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ut viduæ non velentur. *De generalibus  
decretis Gelasij Papæ.*

X L I. Viduas velare Pontificum nullus at-  
tentet, quod nec auctoritas divina delegat, nec  
canonum forma præstituit. Non est ergo peni-  
tius usurpandum, eisque sic ecclesiastica infe-  
renda præsidia ut nihil committatur incli-  
tum.

Decreta Gela-  
sij c. 13.  
Lib. 1. Capitular. c. 59.

Quod viduæ, ut suprà dictum est, non ve-  
lentur. Sed si professam continentiam  
proposito mutato calcaverint, ipsæ pro se  
Deo rationem reddant. *Cap. xxi. ejus-*  
*dem.*

X L I I. Nam de viduis sub nulla benedi-  
ctione velandis superiùs latè sufficienterque  
diferendum duximus: quia si propria volun-  
tate professam pristini conjugij castitatem mu-  
tabili mente calcaverint, periculi ejus intere-  
rint, quia, juxta Apostolum, primam fidem  
irritam fecit, quali Deum debeat satisfactione  
placare. Sicut enim, si se forsitan continere  
non poterat, secundùm Apostolum nullatenus  
nubere vetabatur, sic habita secum delibera-  
tione promissam Deo pudicitia fidem debuit  
custodire. Nos autem nullum talibus laqueum  
debemus inicere; sed solùm adhortationes  
præmij sempiterni pœnasque proponere divi-  
ni judicij, ut nostra sit absoluta conscientia, &  
illarum pro se Deo rationem reddat intentio.  
Cavendum est quippe quod de earum mori-  
bus actibüsque beatus Paulus testatur Aposto-  
lus, quod planiùs exponere præterimus, ne

Burchard. lib.  
8. c. 54.

Cc ij

De viduis quæ post professam continentiam  
peccaverint. *Concilium Carthaginensis*  
*Africæ quartum habitum ab Episcopis nu-*  
*mero CCXIV. æra CCCCXXXVI.*

Concil. Car-  
thag. 4. c. 104.  
Burchard. lib.  
8. c. 39.

X L I I I . Sicut bonum est castitatis præ-  
mium , ita & majori observantia & præcep-  
tione custodiendum est ut si quæ viduæ , quam-  
libet adhuc in minoribus annis positæ , & in  
matura ætate à viro relictæ , se devoverint  
Deo , & veste laicali abjecta , sub testimonio  
Episcopi & Ecclesiæ religioso habitu apparue-  
rint , postea verò ad nuptias seculares transie-  
rint , secundùm Apostolum Paulum damnationem habebunt , quoniam fidem castitatis ,  
quam Deo voverunt , irritam facere ausa-  
sunt. Tales ergo personæ alienæ sunt à Chri-  
stianorum communione , quæ nec in convivio  
cum Christianis communicent. Nam si adul-  
teræ conjuges reatu sunt suis viris obnoxiae ,  
quanto magis viduæ , quæ Deo religiositatem  
voverunt , criminè adulterij notabuntur , si de-  
votionem quam spontaneæ Deo obtulerunt  
libidinosa voluptate corruperint atque ad se-  
cundas nuptias transitum fecerint ; quæ eti-  
violentia irruente ab aliquo præceptæ fuerint ,  
ac postea delectatione libidinis permanere in  
conjugium raptori vel violento viro consen-  
tent , superius damnatione cum præsente te-  
neantur obnoxiae. De talibus enim ait Aposto-  
lus : *Cum enim luxuriatæ fuerint , nubere vo-*  
*lunt , hacentes damnationem , quia primū f.*